

T6

*Iphigenia* frr. XCV, XCIX  
In Aulide

**Achille contro Calcante**

(fr. XCV) Astrologorum signa in caelo quid sit observationis?  
Cum Capra aut Nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum,  
quod est ante pedes nemo spectat, caeli scrutantur plagas.

**Ozio forzato**

(fr. XCIX) Otio qui nescit uti  
plus negoti habet quam cum est negotium in negotio.  
Nam cui quod agat institutum est [...] negotium,  
id agit, id studet, ibi mentem atque animum delectat suum;  
otioso [...] animus nescit quid velit.  
Hoc idem est: em neque domi nunc nos nec militiae sumus.  
Imus huc, hinc illuc; cum illuc ventum est, ire illinc lubet.  
Incerte errat animus, praeter propter vitam vivitur.